


Sammelband von Diss

W



U. q. 79, 5

H

DISPUTATIO

Libri IV. Instit. Imp. VIII.

DE UTILISSI-
MA ET VS V QVOTIDI-
ANO FREQVENTISSIMA
MATERIA INTERDI-
CTORVM.


Ex tit. I 5. d. lib. & concordantib.
Iurium textibus desumpta.

Q V A M
Aspirante N umine Divino
P R A E S I D E

Nobilissimo, Amplissimo viro
Dn. ARNOLDO DER EY GER
IC. celeberr. ac in incluta Academia Sa-
lana Pandect. Professore publ.

Disputandam proponit horis & loco
conjuris

IOANNES SOLVVEDEL,
N. F. STENDAL. MARCH,



IENÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO CLO IO XCV.



VIR O A M P L I S S I
mo, uti virtute: ita eruditione, ususq;
ac peritia rerum variarum
præstantissimo.

D N. C H R I S T I A N O C H R I
STIANI INCLVTAB STENDALIENSIVM
Reipubl. Consuli vigilantissimo.

A C

Viro integerrimo, eruditione, prudentia
singulari, & eximia politia forma
Clarissimo

D N. M A R T I N O Schulzen EIVS.
dem Reipubl. Camerario dignis-
simo,

Affinibus, mecœnatibus ac fautoribus suis
summé observandis, observantia &
gratitudinis ergo dedicat, ac lus-
bens meritò offert

Respondens.



DISPUTATIONIS

Continuatio.

Disputatum quando de Petitoriis : Sequens ut & de Possessoriis, sive Actionibus, quæ ex causa interdictorum oriuntur.

VVif. ad rubr. h. t. arg. pr. eo. interdicta enim verbo actionis continentur l. 37. de O. & A. facit Hult. Inst. d. t. Hnc & actiones vocantur l. 3. de mort. infer. l. 43. ad l. Aquil. Cic. in orat. pro Cecin. Cuiac. 5. obs. 17. Veteribus interdicta erant formulæ, & verborum conceptiones, quibus prætor in iure inter litigantes maximè de possessione vel q. quid fieri iubebat, vetabatve d. pr. ubi Schneid. num. 26. VVe. in par. nu. 3. D. eod. Cuiac. in par. C. d. t. Hodie vero in usu esse desierunt & interdictis amplius non agitur: sed actionibus extraordinariis in factum utilibus, quæ sunt instar interdictorum fac. d. G. ult. ubi Hot. enunc. 3. Dn. Borch. quem etiam v. ad pr. d. t. pag. 409. fac. 2. l. 2. 4. C. unde vi l. ult. C. de lib. exhib. l. fi. C. b. t. rubr. D. b. Cuiac. in par. D. & d. obs. 17.

THEISIS I.

Interdictum igitur propriè ab interdicendo dictum a, est hodiè actio extraordinaria b, præatoria c, realis de possessione vel quasi competens d.

a Corras. ad l. ult. de Servitu. Cic. Verrin. 7. VVes. in par. nu. 3. b. i. Diss. Cuiac. in par. ff. & C. eod. ut & Duaren. ff. d. t. Alcia. ad l. 178. n. 9. de V. S. Interdicere autem idem est, quod prohibere, vel vetare ne quid fiat arg. l. 1. de flum. publ. l. 6. de V. O. l. 1. 10. de curat. furios. Corras. d. l. n. 1. b rubr. huius t. ff. G. ul. Inst. eod. c ideo quod ius civile de possessione nullam actionem fere proponebat Cuiac. 5. obser. 17. ac possessio facti magis quam iuris est l. 1. in pr. de acquir. poss. lib. G. 15. si u. qui test. lib. quis. est l. 19. ex quib. caus. mai. v. Cuiac. 18 obs.

obs. 24. d pr. b. t. Dn. Borch. ibid. pag. 410. fac. I. Schneid. num.
39. Accurs. lit. A. VVes. in parat. nu. 7. b.

II.

Summa autem interdictorum divisio est, qua in
in prohibitoria, restitutoria, & exhibitoria dividun-
tur e.

c d. §. 1. ubi Dd. Inst. b. t. l. 1. §. 1. ff. eod. Diss. Vuls. lib. 2. c.
2. I. n. 26. Iurispr. Rom. que desumpta ex conceptione Praetoris sive
a forma VVes. ad d. §. 1. & in par. nu. 4. b. t. Diss. Myns. ad d. §. 1. n.
I. Schneid. n. 3. d. t. v. etiam Myns. ad §. 1. n. I. 2. 3. de Act. & compe-
runt cum de divinis, tum de humanis rebus l. 1. pr. b. t. quin etiam
vel utilitatem publicam spectant, vel ad commodum privatum refe-
runtur. l. 2. §. 1.

III.

Prohibitoriasunt, quibus prætor quid fieri vetat f
quorum unum uti possidetis g, quod datur sine vicio
possidenti h, rem immobilem i. corporalem k, ad-
versus quovis modo turbantem l, ut id quod interest,
restituat m.

f d. §. 1. ubi Hottom. enunc. 2. Dn. Borch. de interdict. VVes.
in par. n. 4. ff. eod. g d. §. 1. & ib. Dd. fac. l. 1. §. 1. uti poss. h. uti
& qui vi, aut clam, aut precario, si quidem ab alio, non adversa-
rio possideret, illo casu, non hoc sci possesso prodest. l. 1. in pr. §. 1. §.
& ult. l. 2. 3. in pr. b. t. l. 17. de precario Schneid. nu. 37. de interd. uti
poss. l. ult. de acquir. poss. Cuiac. 5. obs. 22. Duaren. b. in fi. Diss. Inno-
cent. in c. contingit de dolo & contumac. non igitur colono inquilino
multoq; minus reliqui qui bonorum conservandorum causa in bona-
rum possessionem mitiuntur. l. 1. uti poss. v. §. 5. inst. de interdict. l. 9.
de rei vind. l. 3. §. uli. l. 10. §. 1. l. 30. §. 5. & l. 40. de acquir. poss. l.
38. §. 7. & 8. de V. O. l. 1. C. de usucap. transfer. Schneid. in §. possi-
dere 5. nu. 2. Cuiac. 9. obs. 33. & d. obs. 22. Menoch. remed. 3. reti-
nen. poss. nu. 46. 48. cum seqq. Duaren. b. Vasallo autem & emphy-
seuta §. fi. tit. 8. lib. 2. feud. Num autem illis conceditur contra do-
minos questionis est? V. c. un. §. fi. de nova form. fid. c. 1. vers. si vero
ubi Gothofr. lit. a. de mil. vasal. qui contum. est c. 1. §. facta ubi eti-
am Gothofr. lit. g. si de feud. defunc. controv. est Dn. Borch. de feud. c.
9. nu. 17. & seqq. Menoch. rem. d. 3. nu. 81. & 84. i. l. 1. pr. §. 1.
b. 1. §. 1.

b.t. §. 4. vers. sed interdicto Inst. de interdict. Duar. b. VVes. in par. n.
2. & 3. eod. k non incorporalem, itaq; nec servitutem, qua possi-
deri nequit §. un. Inst. de reb. corp. & incorp. l. 3. in pr. de acquir. pos.
non tamen hoc affirmando, utiliter si quis de facto eius lute in re non
sua uti velit, contra eam, concedi negamus l. 8. §. 5. si serv. vind. l.
ult. de serv. l. 3. §. si. & l. seq. b.t. v.l. 4. §. 27. de usucap. Corras. d.
loc. 5 nu. 18. Old. clas. 2. act. 4. VVes. in parat. n. 3. b.t. Schneid. nu.
5. 19. & seqq. de interdict. uti poss. Aliud tamen ex interpretum
sententia receptum in l. unica C. uni poss. affirmat Schneid. d. l. num. 6.
l. d. l. 8. §. 5. circ. fin. Cuiac ad Paul. lib. I. sentent. tit. I. 1. Schneid. d. l.
nu. 24. l. 3. §. 3. b.t. VVes. in parat. nu. 5. b. Hinc querunt num qui
verbis duntaxat turbat, hoc interdicto possit conveniri? Et affir-
mant modo per eam turbationem possidentis possessio impediatur fac.
l. 1. 1. de vi & vi armat. VVes. d. nu. 5. cum qui minitatur se turbatu-
rum, potius iniuriarum actione teneatur arg. l. 1. 3. in fin. de iniur. l.
25. ubi Gothofr. de act. empt. Schneid. ad §. 4. nu. 4. 1. de interdict.
VVes. d. n. 5. am l. 3. §. si. b.t. Old. d. l. ac etiam præstationem quod de
corporalib., de servitutib. cauzionem d. l. pen. de aqua quot. quia ni-
bil restitui potest. Restitutionis autem vice fungitur cauzio. An autem
clausula de amplius non molestando & turbando hoc pertineat, con-
trovertitur. Neg: Cuiac. ad Paul. lib. I. tit. I. 1. v. etiam Menoch. re-
med. 3. retinend. poss. n. 8 I. 1. cum seqq.

IV.

Alterum utrubi n, tertium de mortuo inferendo,
ne quis quempiam prohibeat in locum in quem inf-
rendi ius habet, inferre o, quartum ne quid in loco sa-
cro fiat p, quintum ne quid in flumine publico ripave-
fiat q.

n quod rerum mobilium locum sibi vendicat, alias eius vis
interdicto precedenti est exæqua & §. 4. vers. quorumvis Inst. de in-
terdict. l. un. b. t. VVes. in par. nu. 3. Cuiac. in par. c. eod. quem etiam
5. obs. 2. 2. 2. 3. vide. Menoch. rem. 2. retinend. poss. num. 4. An autem
hoc interdicto interdicturi agant ad exhibendum, queritur? Probas
l. 3. §. 5. ad exhibendum ubi VVes. in parat. n. 3. 5. Cuiac. d. obs. 2. 3.
o d. §. 1. de interdict. l. 1. §. 4. de mort. infer. l. 8. in fi. de relig. &
sum. fun. ac agitur ad interesse l. 9. d. t. VVes. in par. de mort. infer.
Querunt num etiam ob as alienum inhiberi sepulcra, arrestaripe cap-

daver possit? Negat l. ult. C. de sepult. violat. Nov. 60. c. I. Nov. I. 15
c. 5. §. r. VVes. in par. n. 5. de relig. & sump. fun. idq; favor religionis.
& utilitas publica exigit, ne defunctorum corpora iaceant inse-
palta l. 43. d. t. p. quod & ad loca sacra extendunt fac. l. 2. b. t. que
violari aut habitari sine permisso principis non possunt d. l. 2. 3. ubi
VVes. n. 3. nec non ad religiosa l. I. §. I. de nov. oper. nun. l. 2. §. 2.
de interdict. Cuius. in par. ff. b. t. Et datur cuius ex hoc interdicto a-
ctio, est enim laudabile iunctis factas atroces iniurias sacerdotibus
vel ministris ut publicum crimen persequi l. 10. C. de Episc. & cler.
q. d. §. I. Inst. de interdict. quo Praetor non omne, quod in flumine
publico ripave sit, coercet, sed si quid quo statio navigatiove dete-
rior l. I. §. I 2. b. t. & unius prius, ita & hoc cuig; agere volenti con-
ceditur, quia populare Cuiac. in par. d. l.

V.

Restitutoria autem vocantur, quibus restitui præ-
tor quid iubet, horum duo Imp. posuit exempla, quo-
rum honorum unum: Alterum unde vi r, illud com-
petit bonorum possessori s adversus eum, qui pro he-
rede, possessorve t, res possidet hereditarias u.

r. d. §. I. vers. restitutoria ubi Hottom. enunc. 3. Dn. Borch.
ibidem v. Schneid. ad §. 2. num. 4. l. I. §. I. ubi Goth. lit. H. b. t. De
posteriori vide thes. I2. f. l. I. C. b. t. ubi Gothofr. lit. y. & lit. c. ad
prin. ff. eod. Cuiac. in par. C. in fin. VVes. in par. nu. 7. ff. eod. quem
etiam vide ad §. 2. lit. b. Inst. de interdict. ubi & Dn. Borch. Schn. n.
6. I 3. Utiliter tamen sive ex interpretatione iuriis cuius heredi civili
Vult. cap. 2 I. n. 4 I. lib. 2. I. R. VVes. d. n. 7. l. I. ubi gl. communiter apt
probata in verb. hereditatem C. b. t. v. & eandem ad §. I. lit. a. Schn.
d. l. Cuiac. d. l. Menoch. rem 1. acquir. poss. n. 33. ac etiam suo. Posse-
sio enim cum magis sit rei detentio, quam iuu. in suum non continuatur
vide l. si. de edicto D. Hadriani toll. l. I. §. 3. 16. l. 23. 20. §. 5. de
acquir. poss. l. 19. ex quib. cau. mai. Myns. cent. 3. obs. 38. Gall. 2.
obs. 129. 152. Schneid. ad §. 4. nu. 34. & seqq. & ad §. 5. n. 9. Dn.
Borch. in tract. de acquir. poss. c. I. n. 8 & seqq. Diff. Coras. 6. Misc.
I 2. Statutum tamen valere volunt, sive consuetudinem, qua inducio-
tur ipso iure sine naturali apprehensione possessionem in heredem
inferri posse Gall. d. obs. 129. in fin. An autem ex re certa instituto
detur, queritur: v. l. I. ubi Goth. lit. K. ff. h. t. Menoch. d. rem I. nu.
37. 39. & rem. 4. nu. I 16. cum seqq. t. §. 3. d. tit. Dn. Borch. ad
§. 2.

§. 2. cod. l. I. in pr. ff. h. t. V. Menoch. d. rem. I. nu. 48. licet dolo desierit possidere vel ususceperit d. l. I. vers. si nihil usucaptum l. 2. C. eod. non tamen in debitores hereditarios l. 2. b. t. Old. class. 2. act. 1. nu. §. cum nullum in rebus creditis, neq; dum traditis defunctus ius habuit VVes. § num. 7. u. & quidem minimas d. l. 27. de furt. ubi Goth. lit. f. Old. d. act. I. nu. 8. Diff. Menoch. d. rem. I. n. 80. Principaliter tamen ad universitatem honorum non ad res singulas pertinet l. I. §. I. ubi Gothof. lit. K. h. t.

VI.

Denique exhibitoria, cum quid Praetor exhiberi iubet usurpantur, ac tria Imp. recenset exempla x, primum de homine libero y: secundum de liberto z; tertium de liberis exhibendis a.

x d. §. I. vers. exhibitoria ubi Hoto. enunc. 4. Dn. Borch. de interdict. l. I. ff. eod. quib. tam de privatis, quam publicis agitur rebus arg. l. 3. §. 6. l. I. 3. ad exhibendum, VVes. ad §. I. in test. nu. I. d. t. y d. vers. exhibitoria. Etenim communis humanitatis officium & causa libertatis publicè exigunt, ut ne quis iniuste detineri patiatur l. 3. §. 5. h. t. VVes. in Par. nu. I. eod. ac datur adversus retinenterem dolo malo liberum hominem invitum l. I. 3. §. I. usq; ad 7. Paul. 5. sent. tit. 6. §. adversus eum VVes. d. l. Dua. eo. An autem receptor debitorem latitatem exhibere cogatur? Negat l. s. §. 3. b. t. Duar. d. l. Cuiac. in par. C. de lib. exhib. & datur cuivis agere volenti d. l. 3. §. 9. arg. d. l. I. 3. ad exhib. Nemo enim prohibendus est libertati favere, ac quidem ut retinens hominem exhibeat, quantive actoris interest condemnetur d. §. 9. d. l. I. in pr. §. 8. 13. vers. si tamen reus d. t. z d. vers. exhibitoria l. 2. §. I. vers. iuris sui de interdict. competit autem patrono operarum indicendarum gratia adversus eum, qui libertum retinet d. vers. §. I. l. 2. de interdict. Cuiac. ad Paul. d. t. 6. §. bene concordantes in s. a. d. vers. §. I. tot. tit. ff. & C. b. t. & datur parentibus nomine liberorum, quos in potestate habent l. I. §. I. l. 3. h. t. si inviti detinentur arg. l. 3. §. 6. l. ult. d. t. Permissum siquidem parentibus est patriæ potestatis iure liberos postulare l. 2. C. b. t. VVes. in par. num. I. eod. An etiam marito nomine uxori? vide l. 2. s. ff. & C. d. t. fac. l. I. 2. C. de empt. Cuiac. in par. C. b. quem etiam vide apud Paul. dict. l.

VII.

Sequens interdictorum divisio secundum Imp. est
hæc,

hæc, quod quædam adipiscendæ, quædam retinendæ,
quædam recuperandæ possessionis, vel quasi causâ com-
parata dicuntur b.

b §. 2. Inst. de interdict. Dn. Borch. Hotom. enunc. 1. VVes. d.
1. l. 2. §. 3. ff. eod. ac finem interdictorum respiciunt, qui est ut iura
defendantur VVes. d. 1. Quaritur num etiam præter hæc, conservan-
da possessionis interdicta dentur? V. l. 72. de procurat. ubi qui con-
servat, retinet recte v. & Menoch. in pralud. retinend. poss. num.
14. usq; ad fi.

VIII.

Adipiscendæ possessionis interdicta vocantur, qui-
bus de possessione, quam ante nocti non sumus, appre-
hendenda agitur c.

c §. 3. vers. ideò autem Inst. de interdict. ubi Hotom. enunc. 2.
Dn. Borch. Schneid. n. 3. l. 2. §. 3. ff. eod. Cuiac. in par. C. quorum bo-
norum. quorum duo exempla Imp. memorat: unum quorum bono-
rum, de quo vide th. 5. alierum Salvianum d. §. 3. & vers. interdi-
ctum quoq; d. l. 2. §. 3. Dn. Borch. d. l. quib. addiuit tertium, quod
legatorum text. §. 1. l. 1. quod legatorum.

IX.

Salvianum interdictum est, quo dominus fundi d
adversus colonos & inquilinos e, ad possessionem pro-
mercede, deterioratione specialiter aut tacite oppi-
gnoratarum f adipiscendam utitur g.

d §. 3. vers. interdictum quoq; de interdict. Dn. Borch. ad §.
2. eod. l. 1. pr. de Salv. interdict. VVes. in par. nu. 3. d. 1. Oldend. clas. 2.
act. 3. e adversus hos ipso iure interpretatione Iuris vero contra
illos VVes. & Old. dd. ll. Hotom. enunc. 2. ad d. vers. interdictum quoq;
ad §. 2. & 3. Dn. Borch. quem etiam vide ad §. 7. Inst. de act. Cuiac. in
par. C. b. t. Duar. ff. eod. An autem & adversus quemlibet possessorem
& emphyteutam etiam Dd. inter se non convenient? v. l. pen. C. de
pign. act. VVes. in par. nu. 3. Cuiac. ad Paul. 5. sent. tit. 6. in f. §. ult.
Duar. h. Old. d. l. gl. ad l. 1. C. b. in verb. comparatum Schneid. num. 7.
de interdict. Salv. Menoch. rem. 3. adipis. poss. nu. 107 per §. 3. Inst.
locati. Diff. Hotom. d. enunc. 2. v. Cuiac. 5. obs. 24. Datur & utiliter
creditori adversus debitorem ipsum, ut & quemlibet possessorem C. si
alien. res pig. VVes. in par. que. & vide ad v. 2. Inst. l. u. k. Cuiac. in par.
C. Salv.

C. Salv. interdict. Queritur utrum etiam in bonis Minoris ab ipso in
medium urbanum illatis tacitum constituantur pignus, si consensus
curatorum non intervenerint? Gl. in l. 4. de pact. in verb. illata v.
Menoch. rem. 3. adip. poss. nu. 8. i. Cuiac. ad l. 10. I. de V.O. f. l. 32.
de pign. & hyp. l. 2. ubi Gothof. lit. a. l. 4. pr. l. 7. §. 1. in quib. caus.
pig. vel hyp. v. Dd. §. 7. & gl. verb. coloni inst. de act. Duar. in l. 4. de
pact. ac res omnes obligantur uti fructus d. l. 7. merces; nisi forte mer-
cator domum pro mercibus vendendis conduxerit, exceptisq; ad u-
sum quotidianum destinatis l. 34. pr. de pig. arg. l. 32. d. t. g. §. 3.
vers. itaq; si quis Inst. de interdict. l. 2. §. 3. ff. cod. Old. d. l.

X.

Quod legatorum verò conceditur heredi b., bo-
norumve possessori i: adversus legatarium, qui rei le-
gatæ possessionem sua ex voluntate occupavit k ut eam
restituat l.

h Aequissimum enim pratori vi sum est, unumqueng; non sibi
ipse ius dicere occupatis legatus, sed petere ab herede l. 1. §. 2. 12. b.
Duar. cod. falcid. retinenda gratia l. un. C. cod. Duar. ff. b. t. Cuiac. in
par. C. d. t. l. pe. C. ad l. falcid. v. Cuiac. 8. obs. 2. i. Goth. ad §. 2. lit. s.
l. 1. b. t. Cuiac. in par. C. & ff. cod. si per eū stet. ut satisdetur, tunc in id
quod interest condemnetur l. 2. 4. b. t. Duar. d. l. k l. 1. §. 2. cum si-
mil. b. t. An autem contra fideicommissarium hoc interdictum detar-
questionis est? Affirm. putamus ut & adversus successores horum l. 1.
§. 2. ubi Gothofr. lit. r. §. 10. d. l. 1. b. t. Cuiac. in par. ff. cod. Menoch.
rem. 2. adip. sc. poss. nu. 2. 1. 26. integrum tamen ijs est hoc nomine
cum herede bonorumve possessore denuo agere l. 1. §. 2. in si. 1 d. l.
l. §. 2. d. t. Hinc querunt nunt etiam hoc uti possumus interdicto ad-
versus causa mortis donatarium? Affirm. cum Cuiac. d. obs. 2. & 10
obs. 28. quem etiam in par. C. b. t. Diff. VVes. in par. n. 6. ff. cod.

XI.

Adepta possessione, interdicta etiam comparata
sunt, quibus eam retinere & tueri possumus m, cuius-
modi est interdictum uti possidetis & utrubi n.

m §. 4. Inst. de interdict. VVes. in par. de itinere actus priv.
Paul. 5. sentent. 1. 6 etiam cuiusvis possessionis l. 1. 2. & 3. uti poss.
in quib. ille vincit hodie, qui iustiorum & antiquiorum probat posse-
sionem §. 4. vers. hodie tamen Inst. de interdict. c. probat, ext. de pre-

B

bat.

bat. c. redintegranda 3. quest. 1. Gail. obs. 2. n. 3. 8. de pign. Olim
qui tempore litis contestatae posse debat §. 4. vers. sed interdictio qui-
dem Inst. d.t.l. 1. C. uti pos ubi Cuiac. in par. VVes. in par. n. 5. ff. eod.
Hinc si pares probationes utriusq; num pro praesenti iudicet iudex
possessore? Et an si possessio admodum dubia sit, dividenda? De prio-
rev. §. 5. vers. commodum autem inst. d.t. Gail. d.l.l. 3. in pr. uti pos.
de posteriori Schneid. ad §. 4. nu. 90. usq; n. 96. Old. clas. 2. act. 4. in
append. quid iud. spectandum. n. §. d. 4. d.t.l. 2. §. 3. circa si. ff. eod.
In hisce autem iudicis actori incumbit probatio qui probare tenetur
turbationem esse factam, iure civili eam, quam quis litis contestata
tempore habet l. 3. b. t. ubi Dd. l. un. C. eod. Canonico antiquorem c.
licet de probat. §. 4. de interdict. Hodie D. Imp. Caroli V. & Ferdi-
nandi litigiosa possessionis constitutio Cam. Imp. iurisdictionem fundat
immediate v. Gail. I. obs. 5. & 6. Myns. cent. 2. obs. 66. v. th. 3. § 4.
de hisce exemplis supra.

XII.

Interdictum retinendæ, recuperandæ possessionis
sequitur o, quo possessionem, quam habuimus quan-
doq:, & à qua excedimus, recuperamus p.

o arg. §. 6. ubi Dn. Borch. Inst. de interdict. l. 2. §. 2. ff. eod.
p. l. 1. in pr. §. 1. de vi & vi armat. cuius olim duo genera, unum
de vi quotidiana, quæ sine armis, alterum de vi armata sive publica
quæ armatis hominibus inferebatur: Hoc sine exceptione perpetuū
dabatur: illud sub exceptione vitiosæ possessionis intra annum Dn.
Borch ad d. §. 6. Cic. pro Cecin. Paul. 5. sent. 6. §. vi de ijcitur ubi Cu-
iac. quem vide in par. ff. de vi & vi arm. §. 8. de publ. iud. VVes. in par.
nu. 4. 6. ff. d.t.l. 14. 17. & seq. ff. eod. Cuiac. 6. obs. 4. Duar. lib. I. di-
sput. 20. Diff. Cuiac. 5. obs. 20. Hodie tamen indistinctè unde vi ex-
peritur deictus de possessione naturali, civilive, l. 1. §. 9. 23. d.t.un-
de ex predo d.l. 1. §. 30. l. 31. §. 1. vers. exempli loco. Depositi Cor-
ras. 2. Miscell. 2. n. 2. VVes. in par. nu. 11. b. t. arg. l. 8. & 4. d.t. Sibn.
ad §. 7. nu. 23. de interdict. An vero uxori in re sibi à marito donata
queritur? Quod probat d.l. 1. §. 10. ubi Goth. lit. b. quia possidet l.
1. §. 4. de acquir. poss. insuper & creditor in pignore l. 1. §. 23. de vi
& vi arm. Soli, vel rei solo cohærentis, ut fundi, ædium d.l. 1
§. 3. 4. §. 6. de interdict. Paul. 5. sent. 6. §. de navि & seq. ubi Cuiac.
& etiam lignearum d. l. 1. §. 8. Non vero mobilium, uti navis, vehi-
culis,

culive, nisi in consequentiam d.l. 1. in pr. §. 6. 7. Paul. et ibidem
Cuiac. d.l. Gail. obs. 1. n. 11. de pign. Dissent. Cuiac. in par. C. b.t. ad-
versus deiijcentem; mandantem, ratumve habentem. Parvi enim re-
ferri visum est suis manibus; an vero per alium deiijciat d.l. 1. §. 12.
14. l. 3. §. 10. l. 4. d.t. v. c. 71. ubi Dyn nu. 2. de R. I. in 6. ut restituat
pristinam possessionem, quam habiturus erat, n̄ deieclus l. 1. §. 31.
34. 41. h.t. l. 4. C. unde vi, aut in id quod interest damnetur l. 6. d.t.
An omnes fructus, qui percipi potuere in hanc restitutionem veniant
queritur? Putamus arg. §. fi. l. 62. de rei vind. l. 22. C. eod. arg. l. 25.
§. 1. de usur. l. 4. C. und. vi, etenim? consequitur res peremptas una
cum expensis l. 1. §. 34. l. 6. h.t. Gail. 2. obs. 75. Diff. Menoch. rem.
15. n. 11. Recup. poss.

XIII.

Datur autem ipso jure usufructuario q: ex inter-
pretatione juris emphyteutæ r.

q. l. 9. §. 1. l. 10. d.t. arg. l. 12. 49. de acquir. poss Cuiac. 9.
obs. 33. fac. l. ult. §. 1. qui satisd. cog. Dyn. in c. 3. n. 19. de R. I. in 6.
r. & quidem contra dominum: quia ipso iure privetur, itaq; non deo-
mini violentia aut manu deiijciendus v. Guid. Pap. decis. 107. arg. l.
1. §. 3. 9. de vi et vi arm. Diff. Menoch. rem. 1. recup. poss. num. 94.
cum seqq. ac vasallo secundum Dd. opinionem in l. 5. De usurp. tam
contra tertium, quam dominum fac. l. 1. §. 43. h.t. Dn. Borch. in tr.
feud. c. 9. n. 19. præsertim si vis armata adhita sit, arg. d. §. 43. Diff.
Mozz. de natal. feud. n. 58. Est autem Interdictum hoc poenale et
annuum, neq; in heredes datur, nisi quid ad illos pervenerit l. 1. in
pr. §. 39. ubi Goth. lit. u. §. fin. de vi et vi arm. l. 2. ff. et C. d. t. Me-
noch. rem. 1. n. 159. Recup. poss. Diff. Cuiac. 5. obs. 20. possumus et
criminaliter de possessione vi erepta ex ll. Iuliis agers l. 1. §. 2. h. t. §.
d. 8. de publ. Iudic. Old. clas. 2. act. 10. in affin. rem. v. Cuiac. 5. obs.
15. Hinc queri potest, num hoc interdicto usq; agendum? Quod
non putamus, cum vim vi repellere liceat, et possessionem in conti-
nenti recuperare. l. 1. C. unde vi l. 3. de iust. et iur. v. Menoch. d. rem.
1. n. 259. cum seqq v. Cuiac. 19 obs 16. Hodie tamen turissimum ex
c. Retindegunda 3. quæst 1. ad possessionem recuperandam agi come-
munt Dd. affirmant, quos v. ad c. sæpe de R. stit. spol. Geil. d. obser.
75. n. 10. Menoch. d. lo. n. 15.

XIV.

Tertio Imp. Interdicta dividit in simplicia s & duplia t.

s §. 7. Inst. de interd. l. 2. pr. eod. prætor enim in quibusdam interdictorum formulis, & conceptionibus unum duntaxat alloquebatur, uti in his, in quibus alter Actor: alter Reus erat. d. §. 7. Quia unus solus in ijs postulabat, & prætor unum solum restituere & exhibere iubebat d. §. 7. Dd. ad l. 2. de interd. t in quibusdam vero utrumq; litigatorem VVes. ad §. 8. n. 7. Hot. ad §. 10. en. 1. Gothof. in not. ad §. 7. lit. d. Inst. de interd. Quia par utriusq; conditio, & uterq; tam Actoris quam Rei partes obtinebat d. l. 2. pr. l. 3. §. 1. uti poss. l. 1. §. 1. de superfic. l. 37. de obl. & act. Hot. ad § pen. per tot. d. tit. VVes. in par. nu. 5. uti poss. Cuiac. 4. obs. 11. Quib. conceptionibus licet sublati manent tamen harum naturæ indifferentes, ob quas etiam hanc divisionem locum habere suum putandum est VVes. ad §. 8. n. 1. Inst. d. t.

XV.

Claudant thesum numerum hæ duæ quæstiones utilles: una, num duo in solidum unam eandemque rem possidere possint u? Altera, num Molendinum casu fortuito consumtum, eund. in locum, in quo ante extructum, extruendum: an vero alium in locum transferendum x?

u Negamus arg. l. 3. §. 5. ubi Goib. de acq. poss. l. 5. §. ult. come mod. l. 19. de prec. Dn. Borch. c. 6. nu. 18. v. Cuiac. 9. obs. 32. 33. § 28. obs. 24. Schneid. n. 18. de interd. uti poss. Gail. obs. 22. num. 5. de pign. Ant. Guib. de iur. dot. c. 5. n. 5. Diff. comm. Dd. X. Et hic negativa arridet, si in praividicium tertii sit, aut naturale commodum impeditur arg. l. 25. de dam. infect. arg. c. 65. ubi Dyn. de R. I. in sext. Schn. ad §. 2. n. 13. Inst. de rer. div. idem ad §. 1. n. 55. 56. de interd. Geil. 2. obs. 69. n. 27. aut n̄ prescriptio prioris obstat, ad quam, prohibitionem prioris, patientiam eius, qui prohibetur, per 30. annos requirimus, Schn. d. lo. de interd. n. 61. Dn. Borch. nu. 37. de iure Regali.

F. I. N. I. S.

clioT

■

99 A 6904



3

TA → DL



Farbkarte #13

	B.I.G.								
Centimetres	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1									
2									
3									
4									
5									
6									
7									
8									
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9
	11	12	13	14	15	16	17	18	19